

Franckesche Stiftungen zu Halle

Dissertatio Inauguralis Juridica De Pretio Affectationis In Res Fungibiles Non Cadente

Thomasius, Christian

Halæ Magdeb., [1701?]

VD18 90813766

Errata.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-198584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-198584)

quam sit abrogata, Ludvv. *disp.* 4. *ad Inst. th. 7. lit. e.* cum tamen prius inquiri debuisset, an unquam esset recepta, sed abundet quilibet suo sensu: De gustibus enim non est disputandum.

§. LXVII. De pictura disponitur §. 34. *de R. D.* ubi demum Tribonianus sapere incepit, quia sc. hic sapuit Cajus *in l. 9. §. 2. ff. de A. R. D. ubi ita: Sed non uti litera chartis membranisque cedunt, ita solent picturae tabulae cedere, sed ex diverso placuit, tabulas picturae cedere,* addit Tribonianus alii putant picturam tabulae cedere, quibus verbis aperte notat Paulum *in l. 23. §. 3. ff. de R. V.* iniquientem: *Sed & id, quod in charta mea scribitur, aut in tabula pingitur statim meum sit, licet de pictura quidam (ut Cajus) contra senserint propter pretium picturae, sed necesse est, ei rei cedi, quod sine illa esse non potest.* Quoniam itaque, hic aperte occurrit antinomia, illi (enim qui dictam legem Pauli cum Institutionibus conciliare satagunt, multa verba textui Paulino inserendo, aperti cavillatores sunt) incaute sane & imprudenter fecit Tribonianus, quod textum Paulinum digestis inferuerit, quamvis vel maxime in Instit. postea hanc litem, approbando Caji sententiam sustulisse videatur. Equidem adhuc novus scrupulus injicitur a Triboniano *in cit. l. 33.* quod domino tabulae utilem actionem concedat, quam tamen litem hic jam meam non facio, quia ad finem disputationis propero.

§. LXIX. Quo tendit vero tandem tua Philosophia, urgebunt Encomiastæ juris Romani. Nos LL. Romanis vivimus, aliter JCI, aliter philosophi judicant. Equidem doleo, quod hætenus JCI Romani aliter judicaverint, quam quidem ipsa natura rei admittit, imo doleo, quod nimis subtiliter philosophari maluerint, quam ipsam rei naturam considerare. Cum itaque satis constet, eos non attendisse, nec considerasse, quod in res fungibiles non cadat affectio, merito iudicare licet, nullum apud nos habere usum has subtilitates, quia tanquam res ineptæ à prudentibus Germanis nunquã fuerunt receptæ, quippe, qui magis simplicitatem juris Gentium, & naturam ipsius rei secuti sunt, præsertim cum Dd. ipsi admittant, hæc omnia pertinere ad modos acquirendi juris Gentium, ubi neminem ligant Leges Romanæ, non magis, ac definitiones parum accuratæ ibidem non raro occurrentes.

§. LXX. Et quavis sponcione certare velim, si quis perlustret omnia scriinia judiciorum totius Germaniæ, non deprehensurum esse, quod ex istis capitibus Institutionum per duo vel tria secula decies, aut saltem bis vel ter sit actio instituta, tantum abest, ut eadem secundum Institutionum regulas finita, ac definita sit, vel secundum eas in judiciis pronunciatum fuerit.

§. LXX. Et quid si plane dubitarem, utrum apud ipsos Romanos hæc subtilitates usum unquam in praxi habuerint? Non enim novum est, quod ipsi JCI Romani fateantur, suas subtilitates in praxi suorum temporum non attendi, cujus rei specimen dedit Dn. Præses *in Disp. de Servit. Stilleid.* ex Paulo, de continua causa servitutum loquente *in l. 28. ff. de servit. præd. Urb.* qui tamen ipse *in l. 9. de servit. P. R.* in genere fateatur, in praxi illam subtilitatem non attendi. Et ne videamur destitui exemplo in nostra materia, *l. 7. §. 5. ff. de A. R. D.* Cajus decidit, quod si alveus novus rursus derelinquatur, illum non redire ad pristinum dominum, sed eorum esse, qui prope ripam prædia possident, deinde tamen fateatur præxin sibi esse contrariam, dicendo: *Sed vix est ut id beneat.* Nos eodem modo ex hætenus dictis concludimus, & cum Cajo finimus nostram dissertationem dicentes. *Vix est, ut subtilitates JCI Romanorum hætenus recensita obtineant.*

ERRATA. pag. 19. lin. 7. *bitia* pro *vita* l. 4. ante *f. minor* pro *major*. p. 19. l. 26. post *persuasissimum* infer. habeo. p. 26. l. 19. leg. compelleretur p. 37. l. 17. post *restitit* infer. non p. 52. l. 12. leg. restringens. p. 55. l. 25. realibus pro personalibus.

